

ME


2

Dear Yd 920° 4°

9

2

G. q. 106. a.



²
Ad
ACROASIN,
BERGENSI in Asceterio
prope Magdeburgum
Die Maji hora VIII antemeridiana,
super

Fatis Eloquentiæ, huiusq;
Vtilitate & Necesitate,
faciendam,

PATRONOS,
FAVTORES,
nec non & omnes,

qui
exercenda delectantur iuuentute,
litterisque rectioribus bene cupiunt,

qua
erga quemque par est, animi submissione
& obseruancia,
inuitant & conuocant,
qui adhuc Pædagogio præsunt,
interprete

CHRISTOPHORO SVCRONE,
CONVENTVALE.

HALAE MAGDEBURGICAE,
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

1710.

BRG H N 21 in Albrechts
Bibliothek Magdeburgensis

D 5. Juli 1701. III. Sammeltage

Hilf Eheleute's Friede
Alttagsg Necessitate

BATIOMOS
TAVINOS

AK

CHIRISTOPHUS SATORIUS
CONVENTUS

URSUS CANTABER



Tὸ χείρεν αὐτογνώσκοντι.

Cerbifima *μαραχής* WOLFFHARDTI, amplissimi quandam Praefulsi nostri morte, ac compluribus exinde profectis rerum vicisitudinibus, ea nobis accidit conditio, ut silere adhuc, quam dicere, multo maluerimus. Deo autem bene volente, quum post tristissimam hanc tempestatem, Halcyonii nobis redierint dies, & nos ad pristinum, quem cordatisimi quique collaudant, morem, quo iuvenes, fidei nostræ concredi, arte subinde dicendi publicè exercentur, vt redeamus, æquum esse putamus & iustum. Quandoquidem itaque nostri ad id exercitatiōnis quasi denuo accedunt, non abs re fore existimavimus, si de rādem ipsa eloquendi arte, qua, vt exercendo ipsam addiscant, exerceri debent, paucula quædam in medium proferre iuberentur. Simul vero licebit nobis de vera, qua ad veram peruenitur eloquentiam, via ac ratione, disserere nonnulla ante, quam nominatim appellemus, qui hac in materie ingenii sui atque industria specimen edere conati sint. In animo quidem non est, æquos litterarum estimatores nova quædam, eaque illustria docere inuenta, illisque, ante hunc diem inauditis, gratiam aucupari ac gloriolam; id enim vel cogitare, esset, ab ratione deficere omni: sed potius intenditur, vt Mæcenatibus muneric, hoc loco concessi, reddere quadanterus rationem, ac modum instituendi nostrum vt cunque probare possimus. Viam propterea, qua, quantum nos quidem sapimus, ad veram eloquentiam, ab inepta leuiorum hominum loquacitate longe alienam, patet aditus, commonstratur, facile intelligimus, quod, clarus aliquanto de illa mente explicemus, necesse sit. Etenim, quod fatemur, non res quædam proletaria nobis est vera eloquentia; nec solis verborum flosculis; nec aliqua deuittandorum Barbarismorum, Solocismorum & Archaismorum notitia; nec numeri quadam oratorii terminatur peritia: præstantissimam autem illam habemus facultatem, ornate & distincte non magis, quā accommodate (a) ita dicendi, ut quod in re qualibet verum, pulcrum

A 2

& ho-

(a) Vid. Cic. in officiis, cap. I. Conſer. L. I. Partit. orator. G. J. Vossii p. 3.

& honestum, 'audientium' quam efficacissime insinuetur animis. Nimirum, oratoris cordati quidem est, præterquam quod verborum puritati, integratati, ac perspicuitati studeat, decentia vbiique custodire orationis ornamenta, sed non vbiique adhibere eadem. Nam gracie potius loquendi genus poscit locus alius; alius, ingenii lumen ac ληγούσε (b); alius, ingenii acumen & ἀπόδεξιν; alius, contentionem & sublimitatem aliquam; moderationem & simplicitatem aliquam aliud; vt verba æque & locutiones vbiuis adaptentur rebus, & dicentes intentioni, & audientium sensui; non res ipsæ mancipent verborum crustis picturisque (c). Iccirco, ventosus quidem orator, si fefamo & papauere spargere, calamifrisque inure omnia conatur, aliud non potest, nisi hilicum, inæquabile, atque inconditum adsequi orationis genus, Herculis nonnumquam perlornam, eiusque cothurnos applicando infantibus. Dein, quum fine suo iudicanda sint omnia, finis quoque ingenuus præstituendus certe est eloquentiae: quem non in oblectamento ingeniorum quodam, non in concitandis animorum tantummodo motibus, non in adipiscenda recitatoris laudatione, sed in persuadenda versati veritate, qui neget, speramus fore neminem. Hic Rhodus, hic salta, quicunque potes! Natura quippe adeo sunt in hominibus profligata ac desperita omnia, ut ad quidvis aliud, ad nugas, ad fabulas, quid? ad ipsa mendacia, quam ad veritatem, quam nihil magnificentius, utilius nihil, nihilque humano genere potest dici dignius, sunt propensiores. Quod qui animo & cogitatione rite perpendit, accliuem admodum, ac plerisque, qui populo imponunt, nec sunt vere, sed inaniter videntur oratores, Parnassum, in quo purissimus Suada fons Castalius, esse inascensum, concedet quam quod maxime. Genuinum itaque, nec ad latebrosa seducentem auia, ostendendo adscensum, nos, oportet, supponamus ἐν Φύλωι aliquam; celeres animi ingeniique motus, in excogitando acumen, in explicando ornandoque vberatatem, in recitando memorie firmitatem, ac diuturnitatem (d); naturalem præterea oris commendationem, vocis suavitatem, laterumque robur, quantum sufficiat. Cogitato, quod, quomodo ex ligno quolibet haud fieri possit Mercurius, sic nec quisque apte natus fit eloquentia. Iam primum & potissimum est, quod recta addiscendæ eloquentiae exigit ratio, vt omni vanitate, erroribus infitus, auræ studio popularis, (c) vanissima ingenii doctrinæque ostentatione prauit-

(b) Vid. epist. II. Lib. I. Plinii. (c) Lege, sis, Dissert. de recta & antiqua eloquentiae ratione Gothofredi Vockerodti, Viri eruditissimi, incertum, an meritorum pondere majoris, cap. II. Adde Quinætil in Proem. Lib. VIII. instit. orator. A verbis, sed e-
venit plerumque, vsque ad finem qui legerit, mirabitur.

(d) Vid. Cic. Lib. II. de oratore, bene hoc monens.

(e) Egregium est, quod hac in re habet Plutarchus, de infinitu puerorum libello, di-
gnum sane, quod hoc transferatur: Τὸ δὲ τοὺς παιδίας, inquit, ἀρέσκειν, συρρέειν
ἐστιν ἀπαντόσκειν, p. m. 28.

prauisque moribus (f) purgati animi, flagrantे virtutis perinde ac veritati
more a primis statim inflamentur annis. Quod nisi ita sit, tantum abest,
& homo, in quo natura quasi experta videtur, quid efficere posset, genuinam
eloquentiam, vnicis hoc nomine dignam, indepturus olim sit, ut potius eo ma-
ior atque ineptior futurus histrio & nocentior rabula (g). Quius recte sa-
piens, teste Demosthenē eloquentissimo (h), histriones ex voce iudicet sola, or-
atores vero ex mente, oportet; cuius bene formata planum, emendatum &
eleganter sermonis habitum esse indicem, Philippus pronuntiauit Melanch-
thon: quem simulatque hic in Sebafiano conspexit Castellione, non potuit,
quoniam eum, et si nulla plane intercesserat familiaritas, maxime dilexerit (i). Nam-
que, sicuti recte eloquentia, omnis vera sapientia pulcherrimum, quo patet, est
instrumentum est; & sapientis virtutibusque exaggerati hominis, nisi penitus
naturalium bonorum, qua diximus, defectus oblet, ornamenti oratio pura,
simplex, & elegans: ita oriuntur illa simili atque occidunt. A stultitia ad sapienti-
am, a vitio ad virtutem, & ab oratione maculosa, corrupta & turgida, adinte-
gram rebus convenienter ornatum, vnuis idemque est transitus. Culturæ
autem animi tam religiose, primum, inter eloquentias rite adquirenda regulas,
locum adserendo, lapides fortasse loquimur cuiquam: at cui? haud sane alii,
nisi, qui omne orationis decus & neruum in laetitia ingeniorum titillatione,
tinntula voce, & geris Siculus repositum esse, fallo fibi habet persuasum, ex
imperita multitudinis dum pendet errore, ipso oculis misere captus. Id ipsum
hac quidem ratione non mirumur; nec tamen est, quamobrem, clarissima rei
ipius veritate, totque grauius, quos coluit vetustas, maximus semper fecit po-
steritas, auctorum fusiulti suffragiis, sententiam deseramus nostram. Adde potius,
quod miserrimum proflus sit, id veri rectique, inter plerosque veram,
eamque purissimam, iacentes religionem, non constare, quod pagani, homi-
nes diuino lumine carentes, sat dilucide perspicerint. Mundi Seruator mellis-
tissimus, ipse arctissimum, mentem inter & orationem qui est, nexus, brevi-
us, nescio, an clarus, qua diuina eius est sapientia, ostendit; exundare lin-
guam, docens, quo oblesus atque occupatus est animus: neque mirum esse,
maledicos Judeos tot & tantas euomere cauillaciones sacrilegas, verbis putri-
mentis vlcera olentibus (k). Non sine causa idem ille, extra omnem iudicii
aleam positus Seruator, loco alio, inter beatos numerat, qui mente sit vere pur-
gata. Proinde non cultor Christi, sed perfidus, & ludi magistri nomine Chri-
stiani plane indignus est, qui non, dum iuuenes instituit, curando & recte com-
ponendo ciuiuslibet animo, quam formanda lingue, effingendisque verbis, cu-
ram adhibet maiorem (i). Neque id pensi quispiam humanis tantummodo ar-
tibus, externaque morum elegantia quadam, satis absolu, fallo autem; alio-
qui illud Socrates, Plato, Cicero, Seneca, & plures solius nature lumine ad-
iuti,

(f) Confer. epist. C. Plin. III. quam habet lib. III. Male fine moribus discitrix eloquentia.

(g) Cicero in Orat. cap. IV. Eloquentia sine sapientia obest plerumque, prodeit num-
quam. Conf. Fabius Lib. XII. initio. Conf. Ioannis Valentini Andreæ Theophilus.

iure suo ita dictus, de literatura Christiana pag. m. 86. Tunc sufficit, inquit, ex-
colere conscientiam, quam exorrigere frontem, laxare linguam, acuere fitos in
rei Christianae perniciem.

(h) Τονεγγίζεις χρίνεις δια την Ιησού Φωνήν, Ιησούς δια πῆπος εἰς την γνώμην.

(i) Vid. epist. premill. Bibl. Caff. edit. citio LXXIII.

(k) Vid. Matth. Cap. XII. comm. 34.

(l) Vid. Plutarch. de instit. puer. p. m. 26. Νῦν ἀρχηκός εἰσι τὰ λόγια, οὐ δὲ λόγοι. οὐ-
πορτεῖς τὰ νῦν.

xi, insigniori præstiterint cum laude: sed, quod longe maius atque excellen-
tius, eo emitendum est Christianorum Doctoribus, vt iuueniles animi, ad recte
sapiendum, gratia & Spiritu Jesu Christi mitigentur imbuanturque; amore
Dei hominumque, inimicorum etiam, perfundantur; fenis & delitatio ipso-
rum, totumque vita propositum liberetur malis cupiditatibus, votisque inani-
bus & vanis, ac dirigatur ad præmia eterna, solida, & Christiano digna. Ho-
rum spe certa & explorata incitentur, confirmentur, quo tacendo, precando,
credo, diligendo, meditando, laborando, sudando & algendo, doctrinarum
atque scientiarum salutarium, feliciter pariter atque animose emetiantur cam-
pum (m). Quapropter omni, quoad posunt, folertia atque industria, id a-
gant iuuentutis moderatores, vt tenellorum animorum labes, abstrusissimam
que vitiorum sentinam, omni modo rimentur, rimando perscrutentur, perscrutan-
tando, Dei virtute, corrigan, tollant & cinciant. Neque enim dici potest,
quantopere (modo præcientibus nec congrua desit prudentia, nec harum re-
rum vius) incautiores ac simpliciores adolescentul, vel primis dicendi scriben-
dique exercitis innatam animis prodant lucem; quam adulti, iisque astuti, af-
fabre quidem interdum, & provideant, dissimilare, viros autem supra vulgus
sapientiores prorsus celare possunt numquam (n). Videlicet non modo in eo
sint toti primæ aetas dices, quotiescunque eorum cura commisi adolescentes,
vt linguarum aut orationis specimen exhibeant aliqua, & ab externa texti
superficie maculam Prisciano adperfam abstergant; sed, quod palmarium esse
omnino ducimus, vt prauitatem animi ipsam, defidiam vt plurimum, inconsi-
deriam, præcipitationem, elationem, inuidiam & nœuos internos longe alios,
vnde queque proficiscantur in orationis virtutem peccata, neceſſe est, summi
Numinis freti ope, adoriantur indefesi, expugnentque, donicum, sapientia
pugnata, expugnent quam felicissime. Quo difficultius, sane hoc præclarius
est (o). Animis sic bene ordinatis ac constitutis iuuenes, qua ad candidum, ca-
stum & modestum itur eloquentia cultum, inofſento, quod opinamur, pede,
perduci non nequeant. Et vero, siquidem inane & ineptum studium dicendi
omne, quod ex nudis verbis, plerumque turgidis, & sesquipedalibus colligitur
aut compilatur; doctrinis quoque ipſis, scientisque utilibus iam adhibentur
adolescentes; vtque plene non minus quam diffinete capiant quaslibet, terio-
funt admonendi, quo dictororum verbis res semper subsint, nec materia sua
deficiatur oratio (p). Nam diu per est difficile, quantum exinde, animi
iuuenum si seria vbique rerum ipsarum eura recte instruantur, & quasi animen-
tur, in omnem dicendi artem redundet emolumenti. Hac folicitudine, quam
in præclio sit, inuenire feliciter, quod iam meditati sumus & didicimus quam
plenissime, mirifice iuuant inuenio: hac, quam in promptu sit, diffinete red-
dere, quod accepimus modo eodem, egregie subleuat dispositio: hac, quam
sponte sequatur, vt id & curate, & ornate & fortiter eloquamur, cuius cura
nos ipsos tenet anxious atque inquietos, mirumad modum promovet elocutio:
hac non ipla denum negligitur actio. Ordine tamen & in docendis rebus o-
pus est, ac prudence multo maxima, ne teneras mentes confusa obruamus sci-
entiarum mole; nec contra earundem tenuitatem difficiliora premitamus faci-
liori-

(m) Vid. Georg. Grabow, paræf. de vera docendi ratione. p. 35.

(n) Cicero monet in officiis lib. I. cap. 37. vt prouideamus in sermone, ne vitium aliquod
indicetur inesse moribus.

(o) Cui quid obſtet, lege, ſis, in Dialogo de oratoribus, ſeu de causis corruptæ elo-
quentiæ, ſive Taciti ſive Quintiliiani, certe viri non indocti: aut, qua literarii ordi-
nis ornamentum olim, Cl. Cellarius ex eodem in Progr. anni cl. lxxviii, ex-
hibet. (p) Vid. Oratio ſuprema Cl. Cell. qua Muſas Ciceronis valere iuſtit.

lioribus; nec ingeramus, aut dicam, infarciāmus plane friuola ac nugatoria. Prater instituti nostri foret rationem, si quando totum docendi ordinem, quem si sequerentur omnes, mirum quantum expediret iuuentui, hoc loco longe prosequeremur: neque tamen ficco pede transcendū esse censemus, quod praeclarum plane & eximium quid recta eloquentia ab illo præcipiendo modo sibi habeat pollicendum, quo adoleſcentulī post linguarum, quas quenque dicere oportet, peritiam, ac puriorēm sacrōrum notitiam, cum temporum rerumque gestarum seriem, ab antiquis præfertim consignatam ingenii; tum orbis terrarum, regionum, urbiumque naturam & conditionem una cum fānē Philosophiae præceptionibus, concinnis quidem, sed ad bene beateque viuentum maxime facientibus, penitus imbibere adsueſcunt (q). Hoc prorsus pačo, prima quoque ætas, que rebus maxime carens, plerumque vana inflatur verboſitate, abunde habebit, quod cum audientium fructu decenter queat dicere; nec erit, cur eidem Sotadei ac nugas concedamus excogitandas. Vnde non possumus, quin fautores de educanda iuuentute insigniter mereri arbitremur, qui non modo declamationibus publicis, sed examinibus etiam, quibus, quas ipsi in rebus iuuenes fecerint progresiones, tentatur, benigna ora sua offere non detrectant: cuiusmodi speciminibus, hic loci in posterum sapienter edendis, vt litterarum patroni fauēant, decenter petimus. Jam vero, vt filium orationis nostræ, quod abruptum ferme, adnectamus iis, quæ superfluit; dicendi profecto addenda sunt regulæ, perspicuae quidem, eademque succinctæ: atque cum primis troporum & schematum interpretationes. Quæ eo valent, vt & ipsi adoleſcentes eiusmodi ſententiarum & verborum lumina paullatim feliciter inveniant, & fructum ex ſcriptionibus alieni capiant eo maiorem. Quenadmodum enim, qui in domo magnifica cœuentibus aut clausis aberrat oculis; quia non videt picturas præstantissimas, patimentum tefſelatum, lacunaria aurea, pulcerum cunctorum ordinem, nullam capit voluntatem: ita nec delectionem percipit ex scriptis ornatisimis, qui non videt illas orationis picturas & verborum decora (r). Caudenum autem eft, ne prudentiae noſtræ creditos, mortuis ieunisque detineamus præceptis, atque ita prohibeamus, quo minus ad viva, florida, sapida celebritum oratorum exempla, quibus regulæ vivunt, mature fatigantur. Siquidem fortis & virilis eloquentia, & caſta, & ſimplex & recta dicendi ratio, iam dudum ante effloruit, quam quisquam de dicendo dicebat: id eft, quum adhuc Rhetores deſcent & verborum disciplina (s). Præstat igitur & longe facilius eft, ex iuundis colligere exemplis regulas, quam inhærendo regulis agre requiri exempla. Fontibus ſic ipius eloquentie, præ abundantia ſcatentibus, ſunt adducendi adoleſcentes. Sed quibus? fane admodum, fi perinde prorsus eſſet, qua in lingua addiſceretur eloquentia, Hebreum aut Græcam eligeret eſſet, hac ut ratione vitiam & exprefſam candidæ eloquentiae imaginem, ex diuinis haurient oraculis: quam ſacris literis ineſſe & Longinus, vere religionis expers, perspexit & falſus eft (t). Ac Martinus Dorpius, Erasmus æqualis, vir latine doctissimus, & iure ſuo litterarum instauratoribus accenſendus, oratione Louanii habita, idem ſufe & eximie probatum iuit, vt nos legentes, fatemur, in magnam rapuerit admirationem. Verum enim vero, quum ob ma-

ximi

(q) Conf. Cl. Coll. loco citato.

(r) Sunt verba Gerhardi Johannis Vofſii, quæ leguntur lib. IV. partit. Orator. p. 331.

(s) Illuſtris Seckendorffius in præfatione, quam orationibus suis germanicis addidit, ita de hac re loquitur: Alle Kunſt-Bücher find der vernünftigen Natur und Übungen nach gemachet – ſpitzfindige und mehrtheils miſtige Leuthe und Schul-Lehrer haben angefangen Regulen und Anleitungen auszuzeichnen und aufzumercken.

(t) Vid. Gothof. Vockerothi Diff. de notitia ſcripturarum apud gentiles.

ximi momenti causas, hodieque stet cordatorum virorum sententia (quam ob
rem enim deferenda, non videmus) quod commode non in alia, nisi in latina
lingua doccantur loquendi artificia; non possumus non ipsos hac in lingua an-
quirere dicendi magistros, rectam eloquenti facultatem tradentes: quam satis
perceptam, ad linguam quamque, postmodum transferri posse, non negamus.
Hoc autem loco laudantur, &, ni fallimur, non temere, aureæ & argenteæ ætatis
auctores. Qui, quo propius absuerunt a vetusta loquendi disciplina, eo magis
idonei, non solum latine lingue, sed & eloquentiae doctores merito habentur;
vel salem non ita iniquati, ut plerique, quos sequens tulus etas, ad prauum iam
magis inclinata. Nec præterea nobis placent, qui pro Cicerone, Cornelio, Julio
Caesare, Liuio, Curtio, Quinctiliano, Senecis, & pluribus Scriptoribus terribilissimis,
Muretos, Manutios, Lipsios, Puteanos, Baudios, Heinrios, Buchneros, Cunaeos,
Grævios, Barclaios, Crucios, & alias, latine dicendi laude celebrissimos, nescio
quo lupponant consilio; quum teste Plinio prudentia contrarium sit, ad imitan-
dum non optima quæque proponere. Qui etiam non, ex genio suo patrique
fermonis indeole, antiquæ puritati impuri aliquid admisceat, illorum ferme fuerit
nemo. Quamquam nec omittendum est, si quis veterum oratorum expediat mon-
umenta, eum debere soleret & providum esse omnino, ne libros explicans
profanos profano sensu & Spiritu instruat auditores. Tandem vero hisce omnibus
iusta ac decens dicendi accedat exercitatio, oportet, qua ad actionem, pluri-
mum in eloquentia momenti habentem, mirum quantum facit, sapientia repetita.
Hac itaque via quicunque ad rectam eloquentiam dicit, & dicitur, se nec tempus
nec oleum, nec operam perdidisse, summa cum animi volupitate quandoque
perfert. Evidem nos, ut illi nostri, qui dicto die in medium prodibunt,
negotio illi fedulo fuscere, quantum in nobis situm fuit, & quantum per an-
norum rationem fieri potuit, nihil non egisse nobis videatur: quousque tamen hac
in re prouecti sint, iudicium esto penes auditores. Qui autem ex iis ad dicen-
dum progredientur, ordine ventur subsequente. *Johannes Friedericus Seyfar-*
tus, Halensis Magdeburgicus, prologi personam gerens, de eloquentia genera-
tum, ac latine quidem, differet, eiusque vsum, quem viisque prestat, iso signem,
pro virili exponet. *Johannes Victor Krause*, indicem Halis, eloquentia Teu-
tonicae fata breuiter & æque latine perfringet. *Johannes Augustus de Syborg*, An-
gerensis Mageburgicus, fata & contrario latina eloquentia paucis enarrabit ora-
tione latina. *Christian Friderich Kraut*, Halensis Magdeburgicus, lingue Teuto-
nicæ culturam, contra peruvlarem negligētum necessitatim sue & utilitati adseret,
eadem lingua Teutonica. Perget sermone patrio loqui *Paulus Philippus Wolff-*
hardius, Magdeburgensis, ac de vñi solemnum eloquentia exercitationum, vt
ne naufam villam creemus audientibus, perinde breviter ac priores perorabit,
agmen clausurus. Sunt iuuenes ferme quique ætate, indeole ac ingenio florentis-
simi; attamen non ita subacti, vt multis laudationibus non fierent sublatiores:
quod libere confiteri, quam lubricis nocere animis, maluimus. Neque ideo ma-
le eorum prospicimus commendationi: sat quippe semper & vbique habebunt
fauitorum, si semper & vbique sat recte fecerint (u); quum optimum commen-
dandi genus ex propria cuiuslibet virtute proficiscatur. Omnes tandem, qui
bus iuuentum rite educari volupe est, iteratis precibus, & qua decet honoris
significatione, volumus rogatos, vt conaribus nostris qualibuscumque aedes ne
dedignentur. Deo autem, vero ac soli immortali, cui nos omnes debemus,
sint sacra haec omnia! P. P. Bergæ d. Maii clo. lxxc X.

(u) Vid. Prologus Amphitruonis, versu 79. Plauti Comici.

78 M 350

ULB Halle

001 592 122

3



56.

Petro V

²
Ad
ACROASIN,

BERGENSI in Asceterio

prope Magdeburgum

Die Maji hora VIII antemeridiana,
super

**Opquentiæ, huiusq;
te & Necesitate,**

faciendam,

ATRONOS,

FAVTORES,

nec non & omnes,

qui

da delectantur iuuentute,
ue rectioribus bene cupiunt,

qua

uemque par est, animi submisione
& obseruantia,

inuitant & conuocant,

qui adhuc Pædagogio præsunt,
interprete

TOPHORO SVCRONE,
CONVENTVALE.

HALAE MAGDEBURGICAE,
CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

1710.

B.I.G.

Farbkarte #13

